

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mors cl
cum fonte primo

Dolor

levis est, si ferre possum;
si ferre non possum, brevis est.

Pone ista quae nos obstupefaciunt; iube conticiscere gemitus et exclamationes et vocum inter lacerationem elisarum acerbitatem:

nempe dolor es, quem podagricus ille contemnit, quem stomachicus ille in ipsis delicis perfert, quem in puerperio puella perpetitur.

Levis es si ferre possum;
brevis es si ferre non possum.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 24, 14 (L. Reynolds ed., vol.1, p.69, ll.14-22).

Desinam egrotare posse, desinam
alligari posse, desinam mori posse.

Moriar: hoc dicis,
desinam aegrotare posse, desinam
alligari posse, desinam mori posse.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 24, 17 (L. Reynolds ed., vol.1, p.70, ll.11-13).

Non repente in mortem
incidimus, sed immutatim procedimus.
Cotidie morimur et cetera.

Memini te illum locum aliquando tractasse,
non repente nos in mortem
incidere sed minutatim procedere.
Cotidie morimur;
cotidie enim demitur aliqua pars vitae, et tunc quoque cum crescimus vita decrescit.

Ibidem (Seneca de contemptu mortis).

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 24, 19-20 (L. Reynolds ed., vol.1, p.70, ll.25-28).